

sartijs canapi nisi solum pro arboribus & uelis. Restam quidem habent de canis cum qua trahuntur per flumen & iste cane sunt arundines longitudinis decem pasuum quas homines scindunt per medium. & ligantes capud unum cum alio faciunt eas longas bene de ccc pasibus. & multo fortiores sunt quam canapum. & 41^o quelibet istarum nauium habet viij uel x uel xij equos qui trahunt ipsas per flumen/

Cayçu est quedam parua ciuitas uersus syrocom cuius gentes adorant ydola monetam habent de cartis sunt sub dominio magni can & est supra flumen. In ista ciuitate recolligitur magna quantitas segetis & risi. Et ab ista ciuitate portatur istud bladum usque ad magnam ciuitatem canbaluc per aquam uidelicet & non credatis per mare. set per lacus & flumina de segetibus quidem que ad hanc ciuitatem canbaluc portantur uiuit magna pars curie magni can/ Item potest etiam iri per teram. quia iuxta aquas illas facti sunt argeres magni & pulcri. Et per hunc modum itur per aquam & per teram quemadmodum

hic est monasterium ydolorum in quo habitant multi fratres & hoc est caput multorum aliorum quod est tanquam quidam archiepiscopatus adorat ydola

audiuistis & in medio istius fluminis uersus ciuitatem predictam est quedam insula in qua est quoddam monasterium ydolorum. quod multitudinem habet fratrum in quo monasterio est multitudo ydolorum. Et istud monasterium est capud multorum aliorum monasteriorum de ydolis quod est tanquam quidam archiepiscopatus. Nunc uero hinc discedentes de quadam ciuitate [narabimus] nomine cinghyanfu/

Cinghianfu est quedam ciuitas manci. cuius gentes adorant ydola. monetam habent de cartis. & sunt sub dominio magni can. viuunt de mercimonijs & artibus & laborant drapos aureos & de syrico & de multis maneriebus.

hic sunt due ecclesie xpistianorum nestorinorum

In ea sunt magni mercatores & diuites ipsi habent aucupationes & uenationes multas. habent & segetes & uictualia habundanter ittem sunt in ciuitate ista ecclesie due xpistianorum nestorinorum Et hoc accidit anno dominj m^o cclxxvij 41^o ab incarnatione ihesu xristi Et dicemus qualiter per magnum can ibi fuit dominus per tres anos. Marsachis qui erat xpistianus nestorinus Et iste marsachis ibi fieri fecit duas ecclesias & ab illo tempore citra fuerunt ibi ecclesie. quia non erant prius ecclesie neque xpistiani. Nunc uero de ista materia dimitentes de quadam ualde magna ciuitate [narabimus] nomine Tingçu :/

gentes adorant ydola adorant ydola

Quando uero disceditur a ciuitate cianghianfu itur tribus dietis uersus syrocom continuo inueniendo multas ciuitates & castra magnorum mercimionum & artium gentes adorant ydola monetam habent de cartis & sunt sub dominio magni can. In capite uero trium dietarum inuenitur ciuitas Tingçu que multum est nobilis & magna. cuius gentes adorant ydola monetam habent de cartis viuunt de mercimonijs & artibus habundantiam habent syrici faciunt drapos aureos & de syrico habent insuper uenationes & aucupationes pulcras diuersorum animalium. contrata est omnibus uictualibus copiosa/